



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrel. Avgvstini Confessionvm Libri X**

**Augustinus, Aurelius**

**Coloniae, 1646**

Cap. XV. Affectus passionesque animi, imaginem sui in memoria  
relinquere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10120**

obversantur : imagines autem contrariorum affectuum non sibi repugnant, sed ipsi affectus. Ita picta aqua non extinguit ignem, nec ignis pictus calefacit.

## C A P. XV.

*Affectus passionesque animi imaginem sui in memoria relinquere.*

1. **S**ed utrum per imagines, an non, quis facile dixerit ? Nomino quippe lapidem, nomino solem, cum res ipsæ non ad sunt sensibus meis, in memoria fane mea præsto sunt imagines earum. Nomino dolorem corporis, nec mihi adest, dum nihil dolet. Nisi tamen adesset imago ejus in memoria mea, nescirem, quid dicerem, nec cum in disputando, à voluptate discernerem.

2. Nomino salute in corporis, cum salvis sum corpore ; adest mihi quidem res ipsa : veruntamen nisi & imago ejus inesset in memoria mea, nullo modo recordarer, quid hujus nominis significaret sonus. Nec ægrotantes agnoscerent salute nominata, quid esset dictum, nisi eadem imago vi memorie teneretur, quamvis ipsa res abesset à corpore. Nomino numeros, quibus numeramus : & ad sunt in memoria mea, non imagines eorum, sed ipsi. Nomino imaginem solis, & hæc adest in memoria mea. Neque enim imaginem imaginis ejus, sed ipsam recolo, ipsa mihi reminiscenti præsto est. Nomino memoriam, & agnosco, quod nomino. Et ubi agnosco, nisi in ipsa memoria ? Num & ipsa per imaginem suam sibi adest, ac non per seipsum ?

N O-

## N O T Æ.

Convictus suo argumento S. D. admittit species ,  
sive imagines affectuum in anima , quia absque  
illis non potest intelligi, quomodo possimus illo-  
rum meminisse, si neque in se, nec in sua imagi-  
ne præsentes sunt.

## C A P. XVI.

*Quartum memoria miraculum esse. nos ipsi-  
us Oblivionis meminisse, quomodo autem  
id fiat, censet inexplicabile.*

I. **Q** Vid, cum oblivionem nomino , at-  
que itidem agnosco , quod nomi-  
no, unde agnoscere, nisi meminisset ?  
Non eundem sonum nominis dico, sed rem  
quam significat. Quam si oblitus essem, quid  
ille valeret sonus , agnoscere utique non  
valerem. Ergo cum memoriam memini,  
per seipsum præsto est ipsa memoria : cum  
vero memini oblivionem, & memoria præ-  
sto est & oblivio ; memoria , qua memine-  
rim; oblivio,qua non meminerim. Sed quid  
est oblivio , nisi privatio memoriarum ? Quo-  
modo ergo adest, ut eam meminerim, quan-  
do cum adest, meminisse non possum ? At, si  
quod meminimus , memoria retinemus :  
oblivionem autem nisi meminisset, ne-  
quaquam possemus auditio isto nomine  
rein, quæ illo significatur sono, agnoscere :  
memoria retinetur oblivio. Adest ergo , ne  
obliviscamur; quæ cum adest, obliviousimur.  
An ex hoc intelligitur , non per seipsum in-  
esse memoriarum , cum eam meminimus , sed  
per imaginem suam ? Quia si per seipsum  
præsto